

**www.e-rara.ch**

**Ars metrica, sive, Ars condendorum elegantior versuum**

**Cellières, Laurent de**

**Salisburgi, 1714**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRh 69

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26179>

Praemittenda ad artis metricae tractationem.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Præmittenda ad Artis Metricæ  
Tractationem.

*Ex Arte Rhetorica.*

**P**ostquam è figurata Syntaxi ea explicuimus, quæ ad institutum nostrum pertinent, pauca etiam ex arte Rhetorica delibanda sunt, ut noster Poëseos candidatus iis omnibus, quæ ad Artem Metricam percipiendam scire ipsum antea necesse est, penitus informetur. Eandem autem, quam paulò antè tenui Interrogandi, Respondendique viam hîc etiam, majoris perspicuitatis gratiâ, tenebo.

*Inter.* Quænam igitur ea sunt, quæ ad artis metricæ præceptiones cum fructu audiendas, hujus artis Tyronem ex Rhetorum Institutione percepisse necesse est.

*Resp.* Pauca admodum, aliqua ex locis Oratoriis, aliqua ex Tropis, & unum aut alterum ex Figuris.

*Inter.* Quænam ex locis Oratoriis didicisse oportet?

*Resp.* Ista. Quid sit Genus, & Forma, seu species: Quid totum & Pars: Quid

Enumeratio partium : Quid Causa & Effectus : Quid adjuncta rei, seu Circumstantiæ.

*Inter.* Quid est Genus?

*Resp.* Est quoddam Totum plures continens partes communiōe quādam sibi similes, specie tamen differentes v. g. *Arbor* est veluti quoddam Totum, cujus partes sunt omnes Arborum species, quas significatione suā complectitur, nimirum Quercus, Pinus, Ornus, Cerasus Pyrus, Laurus, Palma, & aliæ omnes arbores, quas ubique terrarum profert, & alit tellus. Hæ porrò Arbores in eo conveniunt, quod unaquæque sit arbor : Specie tamen differunt, quia disparem truncum diversos ramos, alia omnino folia, & dissimilimos fructus nobis exhibent. Idem dixeris de Flōre, de Colore, de Metallo, de Fluvio, de Pisce, de Vento, de Litore, de Regno, de Populo, de Urbe, & de aliis omnibus vocibus, quarum significatum ad plura diversa pertinent.

*Inter.* Quid est forma, seu species?

*Resp.* Est pars Generi subjecta. Vel, si  
mavis,

mavis, formæ aut species sunt eæ partes omnes, quas diximus in Genere includi, seu in illius vocis, quæ Genus est, significatione contineri. Ita species *Arboris* sunt. Quercus, Ornus, pinus, Cerasus, Prunus, &c. Species *Floris* sunt liliū, Rosa, Viola, &c. Species *Metalli* sunt Aurum, Argentum, Æs &c. quædam etiam quasi species *Populorum* sunt, Galli, Hispani, Germani, Itali, Belgæ, Angli, &c. Et sic de aliis.

*Inter.* Quid est illud aliud Totum, quod paulò antè Generi & speciei subjunxisti?

*Resp.* Est Totum aliquod, compositum ex partibus, ex quibus integratur, quod nulli earum Partium seorsim sumptæ, sed omnibus simul, & in uno collectis convenit. Postremum autem illud Totum quod multi Rhetores cum Genere confundunt, ideo distinguendum putavi, quod reverâ diversum sit, & præceptionibus nostris magnam sit allatura lucem hujus Totius præcipua quædam & singularis explicatio. Ac ne cui quidquam in

ea re ambiguum, & obscurum relinquatur, cujus appellationem Totius, à genere distinguemus, alterumque dicemus Totum genericum: quid enim magis genericum quàm ipsum genus; Totum integrale alterum, quia scilicet ex pluribus partibus integratur.

Jam verò Exempla Totius integralis esse poterunt *Domus* ex tecto, parietibus, tabulatis, fenestris janisque constructa atq; composita; *Annus* in quatuor divisus tempestates; Totus *Oceanus* in varia distinctus *Maria!* *Navis* è puppi, prora, carina, transtris, malis, velis, antennis, & cætero nautico apparatu compacta, & instructa; *Regnum*, aliquot provincias, & urbes plurimas complectens, &c. Ut autem videas iis omnibus quadrare definitionem Totius Integralis à me traditam, id uno exemplo confirmetur. *Annus* est Totum ut dixi, integrale, cujus partes sunt Ver, Æstas Autumnus, Hyems. Iis omnibus, si conjunctim accipiantur, annus convenit, licet enim affirmare ver, æstatem, autumnum, hyemem, annum esse:

se : at erraret ille, & ab omnibus rideretur, qui ver aut æstatem annum esse palam asserere auderet. In Toto Generico longè aliter accidit ; de quocumque enim flore licet dicere, v. g. Rosa flos est, Viola flos est, Narcissus flos est, & sic de cæteris. Quia totius Generici significatio in singulas ejus partes etiam divisas à cæteris cadere potest. ex iis porrò, quæ de Toto integrali diximus, haud est difficile perspicere quid sit pars integralis, & quomodo à partibus Generi subjectis distinguenda sit.

*Inter.* Quid est enumeratio Partium?

*Resp.* Est Oratio, quâ Totum Genericum, vel Totum integrale in suas partes distribuitur v. g. si per Enumerationem partium vernam florum pulchritudinem describere velles, recensendæ essent varix florum species, quæ incorronariis horrorum pulvinis verno tempore collucent. Si vultus alicujus esset laudanda modestia ; frontis majestatem, oculorum gratiam, genarum pudorem, denique mirâ candidam suavitate modestiam, toto aspersam vultu describere.

*Inter-*

*Inter.* Quid est causa?

*Resp.* Est id ex quo vel per quod, vel à quo vel propter quod aliquid fit. Unde quatuor distinguuntur genera causarum. *Materia* ea nempe, ex qua vel in qua res sunt. *Forma*, id per quod res una se ab aliis omnibus rebus distinguitur. *Causa efficiens* à qua efficitur ea res quæ propter eam dicitur effectus. *Causa finalis*, propter quam aliquid fit. v. g. aurum est *materia* ex qua fit nummus. *Forma* est appressa nummo imago principis. *Causa efficiens* est monetarius nummi opifex. *Causa finalis* est, ut mutuum inter homines commercium his nummis facilius iniri, & conservari possit.

*Inter.* Quid sunt adjuncta, vel (ut alii loquuntur) Circumstantiæ?

*Resp.* Sunt ea, quæ cum re, aut cum persona non necessariò conjuncta sunt. Quapropter alia sunt adjuncta rei, alia personæ.

Adjuncta rei sunt *Locus*, *Tempus* rei faciendæ *Modus*, & præsidia, quibus ad eam faciendam usi sumus.

Ad

Adjuncta personæ, sunt omnes animi, corporisq; dotes, & affectiones quas vel à natura vel ab institutone, & consuetudine hausimus. Cujusmodi sunt *in animo*, vis celeriter intelligendi, recordandi, &c. Aut ingenii tarditas, atque memoriæ; *In doles* recti suâ sponte amans, aut ad vitium proclivis; Scientiæ, Virtutes, & Vitia: *In Corpore*, pulchritudo, deformitas, labor; canendi, saltandi, ludendi, peritia, &c.

*Inter.* Quid sunt Antecedentia, & Consequentia?

*Resp.* Sunt ea, quæ rem necessariò antecedunt, aut consequuntur. Ut ortum diem necessariò antecedit Aurora; & ortum solem necessariò dies consequitur.

*Inter.* De locis oratoriis audivi quidquid te dicturum esse receperas, age modo ad illos, quos dixeras, Tropos Figurâsque eveniamus, & primò quidem ediffere mihi, quid Troporum, quid Figurarum nomine intelligas?

*Resp.* De Tropis dicam primò, deinde de Figuris. Tropus est Translatorum verborum

borum usurpatio, verba verò translata, ea sunt, quæ à propria significatione, in alienam transferuntur. v. g. Cum dicimus, *Prata rident*, vox illa *rident*, à propria significatione, nempe ab homine, ad vernam pratorum amænitàtem traducitur.

*Inter.* Quot sunt Tropi?

*Resp.* Plurimi sed tres duntaxat ex iis seligam, Metaphoram, Synedochem, & Metonymiam, ex quibus præcipuè, elegantia Poëtica venustas efflorescit.

*Inter.* Quid est Metaphora?

*Resp.* Est Translatio verbi ab uno, cui proprium est. ad aliud, cui non est proprium; quod quatuor modis potest accidere.

1. Quando fit translatio, à re animata, ad rem inanimam. Ut cum Virgilius dixit.

- - *Pontem indignatus Araxes.*

Id est araxes fluvius non passus impositum sibi pontem. Ubi vox, *Indignatus*, quæ convenit homini; fluvio pontem incurrentium aquarum impetu labefactanti tribuitur.

2. Quando transfertur alicujus vocis significatio a re inanima, ad rem animatam.

tam. v. g. Virgilius fluctuationem, & æstum, quæ sunt maris, & aquarum propria, transfert ad commotiones animi explicandas cum, dicit.

*Savit amor, magnoq; irarum fluctuat æstu.*

3. Quando translatio fit à re animata ad aliam rem animatam, ut videri est in hoc Lucani versu.

-- *Crimen qua rotantes  
Sanguineû, Populis ulularunt tristia Galli.*  
Id est, Cybeles Sacerdotes, Galli dicti, cruentatum caput agitantes, dira populis vaticinati sunt. Ubi vides ululatum à Lupis ad homines transferri.

4. Quando à re inanima ad rem pariter inanimam fit translatio, ut cum Æneæ Ensem, Jaspide stellarum, ducta è Cœlo Metaphorâ dixit Virgilius.

--- *Atque illi Stellatus Jaspide fulva  
ensis erat.*

*Inter.* Quid est Synedochè?

*Resp.* Est 1. Cum Pars Integralis pro Toto ponitur, ut puppis, aut carina pro navi.

--- *Piétasque exure carinai.* Virg.

2. Cum

2. Cum Totum integrale, pro parte sumitur, ut cum Virgilius pro aqua ex Tyberi, & Fabari Sabinorum fluvio, bibendo haustâ ipso Tybero & Faberis nomine usus est.

*Qui Tyberim, Fabarimque bibunt.*

Quâ phrasi horum fluviorum accolae intelligit.

3. Cùm species usurpatur pro genere: v. g. quia Pæsti lucaniæ oppidi celebratissimæ olim erant rosæ, inde factum est, ut à Poëtis quæcunque rosæ per Synecdochem pæstanæ dicerentur.

*Pæstani rubeant emula labra rosis.* Mar.

4. Cum pro specie genus usurpamus. Ita Horatius nocturna sydera minores ignes appellavit, cum ait.

--- *Velut inter ignes*

*Luna minores.*

5. Cùm materiam sumimus pro re, ex ea facta; ut pinum pro navi, ferrum pro ense, arborem pro remis. Ita Virgilius.

*It gravis Anletes, centenâque arbore  
fluctum verberat.*

6. Cùm antecedentia pro consequentibus usurpantur. v. g.

*Es*

*Et jam summa procul villarum culmi-  
na fumant,*

*Majorésque cadunt altis de montibus  
umbra. Virgil.*

Id est nox adventat, quia illa occasum  
solis, & noctis adventum antecedunt.

7. Denique cum unus pro pluribus po-  
nitur. v. g.

*--- Primósque trucidant  
Immissi Danaï, & late loca milite com-  
plent. Virgil.*

*Inter. Quid est Metonymia?*

*Resp.* Est 1. Cum sumuntur causæ pro  
effectis, aut inventores pro rebus à se in-  
ventis, aut Dii Elementorum Præsides,  
pro ipsis Elementis, v. g.

*--- Cererémque canistris  
Expediunt. Id est, panem cujus confi-  
ciendi artem Ceres invenit. Virg.*

*--- Et multo in primis hilarans con-  
vivia Bacho. \* Virg.*

\* Id est vino, cujus inventor Bachus ex-  
titit.

*--- Totis Vulcanum \* spargere tectis.  
Virg.*

\* Id est ignem.

2. Cum

2. Cùm Effecta pro causis usurpantur. v. g.

*Qui Grachi genus, aut geminos duo  
fulmina Belli*

*Scipiadas Cladem \* Libyæ. Subaud. Si-  
lento pretereat? Virg.*

\* Id est authores, & causas multarum cla-  
dium Libyæ illatarum.

3. Cùm pro contento ponitur Conti-  
nens. v. g.

- - - *Fœmineis ululant plangoribus  
ades. \* Virg.*

\* Id est Fœminæ iis ædibus inclusæ.

4. Cùm possessor sumitur pro re pos-  
sessa. v. g.

- - - *Fam proximus ardet  
Ucalegon. Id est, vicina Ucalegontis  
Domus. Virg.*

5. Cùm signum usurpatur pro re signi-  
ficata. v. g.

*Non illum populi fasces, non purpura  
Regum Flexit. Virgil.*

Per Fasces, Consulatum; per Purpuram,  
Regiam dignitatem intelligit: quia fasces  
sunt insignia Consulatus, purpura est Re-  
giæ dignitatis nota.

Neque

Neque signum tantum pro re significata (uti haecenus ostendimus) usurpare licet: Sed res etiam significata vicissim pro signo haud sanè ineleganter usurpatur, v. g. Cometæ iram Superum significant, cum diras mortalibus clades à Superis immittendas prænuntiant. Si igitur Poëticis numeris illiganda tibi esset hæc sententia, *Durus Cometes flammam suam* (multorum scilicet malorum nuntiam, & irati in mortales Numinis signum certissimum) *Per Europam circumtulit.* Ita cum eximio hujus ætatis Poëta diceres, *ardentes Superum circumtulit iras.* En quomodo ille rem totam paucis versibus elegantissimè reddidit.

*Postquam sanguineo feralis crine Cometes  
Terruit aspectu populos, flammæq; minantis  
Prodigio, ardentes superum circumtulit  
irras.* Ita Frizonius.

Ecce, quæ de Tropis dicenda habui, quibus si duas tantum figuras verborum, ad hanc, quam instituimus, tractationem necessarias, adjunxero, nihil deinde erit, quo minus ab hujus veluti Metricæ Artis

vestibulo, ubi te hæcenus moratus sum  
in penitiora ædium arcana protinus ad-  
mittaris, & quidquid ad eam Artem per-  
tinet, statim exploratum habeas.

*Inter.* Quænam igitur sunt duæ illæ fi-  
gura?

*Resp.* Apostrophe, & Repetitio.

*Inter.* Quid est Apostrophe?

*Resp.* Est figura, quâ sermonem ab au-  
ditore ad alium avertimus. Ut cum Vir-  
gilius Æneæ Clypeum describens, ubi in-  
ferorum pœnas in eo expressas attigit,  
Orationem ad Catilinam convertit, quem  
iis torqueri existimat.

--- *Addit\**

*Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis.  
Et scelerum pœnas, & te, Catilina minaci  
Pendentem scopulo, furiarumque orta tre-  
mentem. Virg.*

\* Subaud. Vulcanus, cujus arte, & indu-  
striâ Clypeus ille conflatus est.

*Inter.* Quid est repetitio?


*Resp.* Est, cum idem Verbum sæpius  
in oratione iteratur; seu (ut alii malunt)  
cum ab eodem verbo sæpius incipit ora-  
tio. v. g.

*Tema-*

*Tempore difficiles veniunt ad aratra  
Fruvenci,*

*Tempore lenta pati froena docentur E-  
qui. Ovid. (undâ;*

*Tenamur Angitia, vitreâ te Fucinus  
Te liquidiflevêre lacus. Virg.*



## C A P U T I.

### *De Ephitetorum delectu.*

**C**irca propositum Ephitetorum de-  
lectum, illud in primis ab omnibus  
Elegantia Poëtica studiosis diligenter ob-  
servandum est, ut accommodatissima sint  
Epitheta ad hujus rei, qua de agitur, argu-  
mentum; Id est ut non solum substanti-  
vo cui tribuuntur, quàm aptissimè conve-  
niant, sed etiam ut vel novam quandam  
toti sententiæ vim adjiciant, vel novum  
aliquod ei lumen, & decus affundant. v.g.  
Sit hæc Ephitetis ornanda, & suis illiga-  
nda numeris. *Eheu Posthume, labun ur  
anni, nec pietas moram rugis, & senectâ,  
& morti afferet.* Vide quàm eleganter id  
Horatius præstiterit, Ode. 14. lib. 2.